

*Non dubium est fore, ut te aliquando hujus rei pœniteat.*

*Spero futurum esse, ut frater tuus timeatur ab omnibus.*

*Et hoc ipsum etiam in verbis integris locum habet.*

Deponentia quoque habent sua Gerundia & Supina, licet hæc non in omnibus Verbis usurpentur: ut, *Ratio loquendi. Venit deprecatum. Cic. de Amicit.*

Differunt *Amatus sum* & *Amatus fui.*

Nam e. g. *Mortuus est* er ist gestorben.

*Mortuus fuit* er ist gestorben gewesen.

*Amissus est*, qui adhuc desideratur:

*Amissus fuit*, qui jam est inventus.

## A N O M A L A.

Anomala sunt: *Sum, Fero, Volo, Malo, Nolo, Edo, Eo, Queo, Veneo, Fio cum cæteris, quæ vide in Donato.*

Omnia composita verbi *SUM* carent non tantum Gerundiis & Supinis, sed etiam Participio Præsenti, Exceptis duobus: *Absum* & *Adsum*, quæ habent Participia *Absens* & *Præsens*, quasi à *præs* & *sum*, unde & *præsto*.

*Possum* sequente Vocali retinet *t*: ut, *potes*, Sed sequente *S* litera *t* in *f* transit: ut, *Possam*, Perf. *Potui*. Dicitur à *Potis* & *Sum*.

*Prosum* sequente Vocali interponit *d*: ut, *Prodes*, non *Proes*.

**Edo**